



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Tolense Collegivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

190 DE CANONICORVM
SANCTAE MARIAE COLLEGIVM
Veriense.

VEra siue Veria opidum est Zelandiæ, quod vna cum Vlissinga, à Carolo V. ornatum est titulo Marchionatus. Veriense collegium canonicorum instituit *Henricus de Borsela*. Dominus Veriensis & comes de Grand prè anno 1474. Habitarunt autem olim canonici isti in *Zandtbych*, pago Domini Veriensis.

TOLENSE COLLEGIVM.

TOlæ, quæ vna est Zelandicarum Insularum, canonicatus aliquot instituit *Ioannes Bellimontius*, comes Boloniensis, filius Ioannis comitis Hannoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ, Frisiæ, circa annum 1305.

SANCTI MARTINI AGGERENSE
Collegium.

IN Aggere Sancti Martini, vulgò *S. Martens dyel* Zelandiæ municipio, collegium canonicorum fundavit *Florentinus de Bersela*, eius loci Dominus, eiusque coniunx *Maria de Bergis*, anno 1400. Auxit postea præbendas *Fridericus de Borsela* anno circiter millesimo quadringentesimo quinquagesimo.

COLLEGIVM NEO-ECCLESIENSE.

IN Neo-Ecclesia, vulgò *Nyeutlerkerck*, Duuelandiæ Insulæ vico, collegium canonicorum